

Kentmano. Quod cum pyrite na-
scitur, cætero solet esse colore præ-
stantius: quodcum lapide fissili, aut
lapidis colorem nigrum imitatur, aut
coloris aurei est: quodcum plumbag-
ine, pleruncq; colores multiplices ha-
bet. Licebit etiam χαλκόν Στατεύον ap-
pellare illud, quod Latini veteres Lu-
car: id enim in bracteas laminasq; di-
latatū olim in theatris, hodie adhuc
in templis Italicis suspenditur. Pri-
ma moneta ærea fuit, vnde & ærarium
apud Romanos nominatum. fuerunt
ænea instrumenta, & omnia armorū
genera, ut apud Virgilium, galeæ, tho-
races, loricæ, enses, secures, peltæ, cly-
pei, tubæ, cornua. Rostratæ etiam na-
ues χαλκέμβολοι & χαλκίρεοι de eadem
causa Græcis dictæ. Eftossi in Hercy-
nijs sunt thoraces & gladij ænei, eo in
campo, qui ab alendis nomen ha-
buit: in quo Lotharius elector Saxo-
niæ congressus prælio est cum Henri-
co V. imperatore: item cultri, frameæ,